

S. LVLLVS ARCHIEPISCOP. MOGVNTINVS.



Sanctus Lullus discipulus fuit S. Bonifacij pri-
mi Archipræsulis Moguntinensis. Itaq; cum in
literis & morum sanctimonia plurimum profecis-
set, à Bonifacio in monasterium Frídlariæ, quod pri-
us in Hassia fundarat, missus est, ut & ibi studijs in-
cumberet, atque sacras literas perlegeret. Postea ue-
rò ob uirtutes Hirsfeldensis cœnobij primus abbas
constituitur. Cum autē postea S. Bonifacius in Frí-
siā pergeret, ut Euangeliū ibi prædicaret, interim
dum rediret, huic Lullo suam Ecclesiam commen-
dauit. Itaque cum is ab impijs interficeretur, S. Lu-
lus omnium consensu Moguntinēsis Archiepisco-
pus electus est 755. Eam Ecclesiam magna diligen-
tia per triginta duos annos optime administrauit, atque ut omnia orciue per-
agerentur author extitit.